



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. lxxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

à populis, nec ab episcopis necessitate compulsus. Maneat autem in Ecclesia quam primitus à Deo sortitus est, nec inde transmigret, secundum pristinum terminum de hac re constitutum.

De præsumptione alienæ diœcesis. Cap. LXXIII.

Si quis episcopus non rogatus de alia prouincia in aliā *Ex epist.* *Venerit, præsumptiuè irruens ad ordinationem, & Bonifacij constitutionem clericorum, & ad ea quæ ad illū non per papæ.* *Tinent, importunus existat, vacua sint & inania omnia, quæ ab eo fuerint constituta. Ipse autem digna increpatione excommunicetur, & abominetur à sancto concilio.*

Ne episcopus sua ciuitate despecta, ambitus causa ad aliam transeat. Cap. LXXIII.

Si quis autem episcopus ciuitatis suæ mediocritate de- *Ex decre.* *Specta, administrationem loci celebrioris ambierit, & Leonis pæ ad maiorem se plebem quacunque ratione transfulerit, à pæ. ca. 38 cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propria: ut nec illis præsideat quos per auaritiam concupiuit, nec illis quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis quisque contentus sit, nec supra mensuram iuris sui affectet augeri.*

Vi ab episcopis aliena parochia minimè peruadetur. Cap. LXXV.

Episcopo non licere alienam parochiam propria re- *De cano- licita peruadere, licet cogatur à plurimis, nisi fortè nibus apo- quævis eum rationabilis causa compellat, tanquam qui sto. tit. 14 possit ibidem constitutis plus lucri conferre, & in causa religionis aliquid profecto prospicere. Et hoc non à se- metipso pertentet, sed multorum episcoporum iudicio, & maxima supplicatione perficiat.*

De eadem re. Cap. LXXVI.

Sacerdotes verò vice Christi legatione funguntur in *Ex epist.* *Ecclesia, & sicut ei sua est coniuncta sponsa, id est, Ec- Ecclesiæ, sic episcopis iunguntur Ecclesiæ, vnicuique propor- papæ, fra- tione sua: & sicut vir non debet negligere vxorem suam, tribus per sed diligere, & castè custodire, & amare, atque pruden- Aegyptū ter regere: ita & episcopus debet Ecclesiæ suam. Et velut directa. vxor quæ sub manu est viri, obedire debet viro suo, eumq; cap. 4.*

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

amare, & diligere: potius etiam Ecclesia episcopo suo in omnibus obedire, eumque amare, & diligere ut animam suam debet: quia illud fit carnaliter, istud spiritualiter. Et sicut vir non debet adulterare vxorem suam: ita nec episcopus Ecclesiam suam, id est, ut illam dimitat, ad quam consecratus est, absque ineuitabili necessitate, aut apostolica vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa coniungat. Et sicut vxori non licet dimittere virum suum, ut alteri, viuente eo, matrimonio se societ, ut eum adulteret, licet fornicatus sit vir eius, sed iuxta Apostolum, aut viro suo debet reconciliari, aut manere innupta: ita Ecclesie non licet dimittere episcopum suum, aut ab eo se segregare, ut alterum eo viuente accipiat: sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est, ne alterum episcopum suo viuente accipiat, ut fornicationis, aut adulterij crimen incurrat. Nam si adulterata fuerit, id est, si se alteri episcopo iunxerit, aut super se alterum episcopum adduxerit, aut esse fecerit, vel desiderauerit, per acerimam poenitentiam, aut suo reconcilietur episcopo, aut innupta permaneat.

De mutatione episcoporum.

Caput LXXVII.

Ex epist. Antheri **D**E mutatione ergo episcoporum unde sanctam se-
papæ epis- dem apostolicam consulere voluistis, scitote eam
scopis per communis vtilitate atque necessitate fierilicere, sed non
Heticam libitu cuiusquam aut dominatione. Petrus sanctus ma-
gister, & princeps apostolorum de Antiochia vtilita-
atque To- tis causa translatus est Romam, ut ibidem potius pro-
letanam sicere posset. Eusebius quoque de quadam parua ciuita-
provinciæ apostolica autoritate translatus est Alexandriam. Si
constitu- militer Félix de ciuitate in qua ordinatus erat electio-
tis missa, ne ciuium, propter doctrinam & bonam vitam quam
cap. 14. habebat, communis episcoporum & reliquorum sacerdo-
tum ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non
enim transit de ciuitate ad ciuitatem, qui non suo li-
bitu, aut ambitu hoc facit, sed vtilitate quadam, aut ne-
cessitate, aliorum hortatu, & consilio potiorum trans-
fertur. Nec transfertur de minori ciuitate ad maiorem,